

Aduertencias para

litter, & Vinum omnes effectus, & utilitates  
quas corpori humano prestat, eas omnes, &  
multo maiores, & præstantiores præbet con-  
secratum, & transsubstantiatum in sanguinē  
Domini nostri Iesu Christi. Vinum enim [se-  
cundum Philosophos] inter omnes succos ar-  
borum, & herbarum obtinet principatū, vir-  
tutem enim corporis roborat, & augmentat:  
corpus nutrit: puros humores generat, &  
impuros deputat, mentem valde læticat, in-  
tellectum clarificat, interiora mundificat, ho-  
minem facit lætum, liberalem, & audacem, &  
dolorem, & tristitiam facit obliuisci, calorē  
augmentat, corpus siccum huicet, humidū  
quandoq; desiccat: & vt breuius concludatur  
vinum moderatē sumptum, corporis, & ani-  
mæ est medicina, & ideo omnibus etatibus cō-  
uenit, & maxime senibus, quia humorem, &  
calorem perditum reparat, & restaurat. Talis  
est per omnia sanguis Christi, qui de racemo  
i. de corpore quando fuit fractum per mortē  
exitit eliquatus, & iste pro certo inter om-  
nes succos herbarum, idest, intersanguinem  
omnium Martyrum obtinet principatum. Iste  
enim nutrit, & humectat per gratiam, & devo-  
tionem: roborat, & firmat per constantiam:

for